



**Judas Der Ertz-Schelm/ Für Ehrliche Leuth/ Oder
Eigentlicher Entwurff/ und Lebens-Beschreibung deß
Jscariothischen Bößwichts**

Worinnen unterschiedliche Discurs, sittliche Lehrs-Puncten/ Gedicht/ und Geschicht/ auch sehr reicher Vorrath Biblischer Concepten; Welche nit allein einem Prediger auff der Cantzel sehr dienlich fallen/ der jetzigen verkehrten/ bethörten/ versehrten Welt die Warheit under die Nasen zu reiben: ...

Abraham <a Sancta Clara>

Bonn, 1687

Index Concionatorius Super Dominicas.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-59519

INDEX CONCIONATORIUS SUPER DOMINICAS.

DOMINICA I. ADVENTUS.

Tunc videbunt filium hominis venientem in nube. Eccl. 21. Demonstrari potest pavenda non cavenda dies extremi Judicii, ubi clarissimum patet, Deum omniam mortaliū facta & acta vidisse, quapropter Concio iuncti poterit huic axiomati Germanico, Es isti noctis so klein gesponnen / es sompti aldotti an die Sonnen: Extat hac de re copiosa materia de praesentia Dei fol. 244. usque 258.

Beatus vir, qui in sapientia morabitur, & qui in Justitia sua meditabitur, & in sensu cogitabit circumspetionem Dei. Eccl. 14. v. 22.

Inscrutandum est in publico, ipse in secreto, procedis videris, lucerna extincta est, videt te. In cubile intras, videte, in corde versaris, videte: & vel timendo castus esto, ant si non peccaveris, quare ubi tenet non videat, & fac quod vis. S. P. Au. 46. de Verb. Dom.

Cum quid turpe facis, quod in spectante ruberes, Cur spectante Deo, non magis ipse rubes? Hug. Card. in Ps. 15. v. 8.

DOMINICA II. ADVENTUS.

Ille autem abeuntibus, coepit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Matth. 11. Boni de absentibus plerumque bene, maltautem potissimum male solent loqui, adeoque ostendi potest magnus Calumniantium Numerus. Vid. fol. de Detrac. 380. usque 497.

Acuerunt linguis suas sicut serpentes: Venerium apidum sub labijs eorum, Ps. 139.

Qui detractioni studet diabolo servit, grave malum, turbulentus, damon est detractio. S. Chrys. in Ps. 100.

Dum facies clarum Titanum sororu obumbras, Fulgidior Titan radios rursum explicat omnes.
Dimidiumque afferit in video tubar. iam conversa alio lumina quaque refert.
Intens tenet obtutus Cœli horror & orbis, Sic rarum spectatorem virtutu habebit,
Plusque vident homines desidente die. Qua si deficiat, plurimus Argus erit.

Andr. Bianc. lib. Ep. 31.

DOMINICA III. ADVENIUS.

Et qui missi fuerant ex Pharisæis. Ioann. 1. Dic sine re de falsis, ostendendo, plures moderno tempore vivere Hypocritas quam Hypocrates. Vid. fol. de Hypocrisi 271. usque 278.

Vx vobis Scribæ, & Pharisæi, hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis. Matth. 23. v. 1.

Simulata æquitas, non est æquitas, sed duplex iniquitas, quia iniquitas est, & simulatio. S. P. August. in Ps. 36.

Malim, cum recte studeam, vitiis haberi,
Quam vitio indulgens, iusti clarevere famâ.
Mendaxque ignarus mortalibus esse sepulchrum,
Quod licet internè sacra corpora claudat,
Calce tamen nitet exigua, gratoque colore.
S. Greg. Nazian. Orat. II.

() () 2

DOMI-

Manet in

ABRAHAM

Clara

Iudas

z 1611

TT

Index Concionatorius.

DOMINICA IV. ADVENTUS.

Fatum est Verbum Domini super Ioannem in deserto. *Luc. 3.* Ostendi potest quantam piissimis Deus curam gerat, ac providentiam eorum, qui vivunt in deserto, aut qui videntur esse deserti. Vide fol. 196 usque 210.

De providentia divina.

Omnem solicitudinem vestram projicientes, in eum, quoniam ipsi cura est de vobis; *1. Petr. 5.*

Providentia Dei omnia gubernantur, & quae putatur pena, medicina est. *S. Hieron. in Ezech.*

*Hand alter solis radius colluminat omnes,
Diffusus splendore locos, ferit aurea tecla,
Sed ferit, & nigro sordentia culmina sumo.
Intrat marmoribus capitolia clara, sed intrat
Carceris & rimas, & terra foramina clausi,
Stercoris, & spurcam redolanti fornice cellam.*

Laced.

DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS DOMINI.

Et vixerat cum viro suo anno septem in virginitate sua. *Luc. 1.* Locus hic aptus est disserendi de cautela incedendo Connubio. *Vid. fol. 10. usque 26. Item 124. usque 137.*

Filiiae Consilium nil facias, & post fructum non premitibet. *Eccl. 32. v. 24.*

Quoniam immortali Connubio conjunctus est, ad suam ipsius curam uxoris quoque altera adiecta geminam in una anima ex coniuncto sibi corpore solicitudinem necessariam sustinet. *S. Basil. de Ver. Virg.*

*Qua tibi ducenta est, habeat p. quinque Puella,
sit Pia, sit Prudens, Pulchra, Pudica, Potens.*

DOMINICA I. POST EPIPHANIAM.

Et dixit Mater eis ad illum, fili, quid fecisti nobis sic? *Luc. 2.* Ostendatur hic quid requirat pietas filiorum erga Parentes. *Vid. fol. 100. usque 116.*

Quoniam malafama est, qui derelinquit Patrem, & est maledictus a Deo, qui exasperat Matrem. *Eccl. 3.*

Christianoru[m] est prima Pietas honorare Parentes, & labores educationis rependere. *S. Cyril. Catech. 9. Hic.*

*Aero insignis pietate Ciconia nido,
In uestes pullos, pignora grata fovet.
Taliaque expectat sibi munera mutua reddi,
Auxilio hoc quoties Mater egredit anus.
Nec pia spem jobiles nullit, sed sisca Parentum,
Corpora fert Humanis prestat & ore cibos.*

Alciad. Embl.

DOMINICA II. POST EPIPHANIAM.

Nuptia fulta sunt in Cane Galilee. *Joann. 2.* Hac die ut plurimum tractatur de duro & diro Matrimonii vinculo, de quo amplissima Materia habetur, fol. 10. usque 26. Item fol. 35. usque 39. item 124. usque 136.

In

Index Concionatorius.

In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus: Concordia fratrum, & amor Proximorum, & Vir & Mulier bene sibi consentientes. Eccl. cap. 25. vers. 1.

Conjugium mihi bonum videtur, non solum propter filiorum procreationem, sed propter ipsam etiam naturalem in diverso sexus societatem. S. P. Aug. lib. 16. de Civit. Dei.

*Nam si concordes animis justique coirent,
Iure thori levius sulcarent aquora vita.
Nimirum duplice vento impellente carinam,
At cum discordes ratarum fæderum jungant,
Immanis labor est, dolor hic præcordia rodit,
Omnia dissidii flagrant, Pax exultat omnis,
Concitteturque domus, res atque domestica nutat.*

S. Greg. Naz. de Laud. Virg.

DOMINICA III. POST EPIPHANIAM.

ETece leprosus veniens adorabat eum. Matth. 8. Non semper morbi & æruminæ humanae habent ipsam naturam pro causa, sed multoties ab ipso Deo imminuntur in pœnam peccati. Vid. fol. 341. usque 363.

Pluet super peccatores laqueos, ignis & sulphur pars calicis eorum. Ps. 10. v. 7.

Malorum omnium causam constat esse peccatum, ex peccato tristitia, ex peccato tumultus, ex peccato bella, morbi, atque omnes, quotquot nos premunt Passiones. S. Chrysostom. Hom. 5. ad Poenitent.

*Qui se peccatu gaudet feliciter uti,
In felice nimis est prosperitate sua.*

*Peccatum est disiforme malum, transgressio legis,
Divina, & ciuitatis essentia.*

Iacob. Nill.

DOMINICA IV. POST EPIPHANIAM.

Ecce motus magnus factus est in mari. Matth. 8. Doceri potest, periculosiores existere motus iræ, quam motus furibundi æquoris. Vid. fol. 29. usque 35.

Irasci hominis est, iram non perficere Christiani. Salvia Epist. 9.

Melius est habitare in terra deserta, quam cum muliere rixosa & iracunda. Prov. c.

21. vers. 19.

*Non sic incerto mutantur flumine syrtes,
Nec folia hiberno tam tremefacta nota.*

*Quam citè faminæ non constat fædus in irâ,
Sive ea causa gravius, sive ea causa levius.*

Propriet.

DOMINICA V. POST EPIPHANIAM.

Cum autem dormirent homines. Matth. 13. Aptè hic differes de otio, ejusque damno, cum plerunque otium sit negotium Diaboli. Vid. fol. 313. usque 323.

Hæc fuit iniurias Sodomæ sororis tue, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum ejus. Ezech. c. 16. v. 49.

Omnium tentationum, & cogitationum malarum colluvies est otium, summa mentis malitia, malorum omnium sentina, Mors anime. S. Bern. Scrin. 8. in Purif. B. Virg.

*Calcar erit equi, pigrorum bigne sensus. Audet ad argenti decus aspirare superum.
Otia corrodunt, subitaque pedora torpor, At si longa quiescerit, fulcatur, & atram,
Nixius obliquat, ferrum si transiti in usus. Veritur in scabiem celerique absumitur aeo.
Afflito splendor micat, vultuque nitenti.*

(XX 3)

DOMI-

Manet in

ABRAHAM

de Clara

ludes

1651

T

T

Index Concionatorum.

DOMINICA VI. POST EPIPHANIAM.

Simile est Regnum Cœlorum grano si rapis quod minimum est omnibus seminibus. Matt. 13. Ex hoc deduci potest, etiam parvis magnam inesse gratiam, nec hominem Corporis mole metendum, cum non proceritas, sed sinceritas alicui laudem attribuat. Vid. fol. 73. usque 83.

Nè spernas hominem in visu suo, brevis in volatilibus & apis, & initium dulcioris habet fructus ejus. Eccl. 11.

Dominius fecit nos, & non ipsinos, idem in parvis, qui & in Magnis. S. Gregor. Turonensis.

Acrior est raphanus, multius; potentior herbis,

Asperges quamvis sit rudo esca viri.

Ruficus Urbano sic milite fortior armis,

Asperius in ventus Marte furente fuit.

David ab asperio non sat fuit agnitus olim,

Et minor & major fratribus ipse fuit.

Iisque Philisteum potuit superare gigantem.

A quo contemptus ceu puer ante fuit.

Sic Phœbus Egiopi major sapientia fuit,

Deformis vultu quo magis ore fuit,

Non sat ab asperio robur cognoscitur, ac mens.

& vultu virtus non reputanda viri.

Laurent. Somas.

DOMINICA IN SEPTUAGESIMA.

Quid hic statis tota die otiosi? Matth. 10. O quantus Numerus est eorum, qui tempus malè consumunt, & tam pretiosum thesaurum inertiam dilapidant. v. fol. 322. usque 326.

Non defrauderis à Die bono, & particula boni doni non te prætereat. Eccl. 14.

Cardini valent stille temporum. S. P. August. lib. 1. Confess. c. 1.

Damna fio rerum, sed plus fio damna dierum.

Rex poterit rebus succurrere, nemo diebus.

Drezel. in Aurifod.

DOMINICA IN SEXAGESIMA.

Qui habet aures audiendi, audiat, Luc. c. 8. Hic agi potest, veritatem in mundo non habere locum, à demonstratione, quod variū status hominum vitiis mendacii defecdati sunt, quibus hodierni verba Evangelii improperare possunt, qui habet aures audiendi, audiat turpitudinem, & abominationem mendaciorum. Vid. fol. 317. usque 328.

Abominatio est Domino labia mendacia. Prov. 19. vers. 22.

Qui loquitur mendacia peribit. Prov. 19. v. 9.

Nec artificio mendacio, nec simpliciterbo oportet quenquam decipere, quia quomodo libertenter quis, occidit animam. S. P. August. lib. de conflict. Vit. & Virt.

DOMINICA IN QUINQUAGESIMA.

Cœci quidam se debat secus viam. Luc. 18. Amplissimus hic campus se offert, differens di de variis stultorum classibus, cum absque hoc præsens Bachanaliorum tempus omnibus stultis sacrum habetur, quorum numerus ubique non exigua utpote furiosorum. Vid. fol. Ebriosorum 219. usque 220.

Stultorum infinitus est numerus. Eccl. 1. v. 15.

Qui se diligit stultum, non proficiet ad sapientiam. S. P. Aug. de ver. Relig.

DOMINICA I. QUADRAGESIMÆ.

Non in solo pane vivit homo. Matth. 4. Objurgandi sunt illi, qui immodicis tangunt

ter

Index Concionatorius.

ur & anguntur curis circa sustentationem humanam, cùm rerum omnium factor non cef-
set esse benefactor, immo Dei proprium est, Casibus desperatis subvenire. Vid. de Provident.
fol. 196. usque 210.

Non est alius Deus, quantum tu, cui cura est de omnibus. Sap. 12. v. 13. & 18.

Sic Deus intendit singulis, ac si vacet à cunctis: & sic omnibus simul intendit, ac si va-
cet à singulis. S. Greg. l. 25. Moral. c. 19.

Nec curare Deum, credis Moralia quenquam? Virg. Ecl. 8.

DOMINICA II. QUADRAGESIMÆ.

Duxit illos ad Montem excelsum seorsum. Matth. 17. Hic potest haberi prolixa pane-
gyris eorum, quos Deus ducit ad altioria, & hi sunt Religiosi diversorum Ordinum,
quos tamen mordax Mundus non cessat leoninis lèdere dentibus. Vid. de Relig. fol. 138.
usque 151.

Posui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Joann. 15. v. 16.

O sacer status Religiosi famulatus, qui hominem Angelis reddit æqualem, Deo placabi-
lem, Demonibus terribilem, & cunctis fidelibus commendabilem. Th. Kemp. l. 3. c. 10.

Prater Alexandrum cùm vix equitare volebat,

Alter, Bucephalus respuit atque fremit.

Nec sua qui sacra devovit tempora clausis,

Excepto, Nulli servijat ipse, Deo.

Ioann. Paschal.

DOMINICA III. QUADRAGESIMÆ.

ET Domus supra Domum cadet. Luc. 11. Agas de mirabilibus terræ moribus, quorum
causa fuit peccatum. Vid. fol. 157. usque 359.

Propter quod in Ira Dei, ad Iracundiam provocatis Dominum, traditi estis adver-
sariis, Baruch 46.

Hoc sunt peccata lapsis, quod grando frugibus, quod turbidum fidus arboribus, quod
armantis pestilens Vafitas, quod navigis seva tempestas. S. Cyprian. l. 5. de lapsis.

DOMINICA IV. QUADRAGESIMÆ.

Accepit ergo Iesus panes, & cùm gratias egisset, Ioan. 6. Locus iste Evangelicus excitat
omnes homines ad gratias Deo agendas pro tot immenis beneficiis. Vid. fol. 276.
usque 290.

In omnibus gratias agite, hec est enim Voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis.
1. Thesl. 5. v. 17.

Quis nou erubescat gratiam bene de merenti non referre, cùm videat etiam bestias
refugere nomen grati. S. Ambrof. lib. 6. hex cap. 4.

Spiritus hic vacans prius extenuandus in auras, Quam subeant animo Meritorum oblitia nostro,
ibit & intrepido deseret ossa rogo. Et longa Pietas excidat ista die.

Ovid. 5. de trist.

DOMINICA PASSIONIS.

SVeritatem dico vobis, quare non creditis mihi: Ioann. 8. Veritas displicet plurimis, &
nauseam creat stomachis ob hoc sapissime stomachantibus, Vid. de Verit. fol. 84. us-
que 100.

Ego

Manet in

ABRAHAM

Isaiah

Iudas

1601

T

Index Concionatorius.

Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in Mundum, ut testimonium perhibeam veritati.
Joann. 18.

Incomparabiliter pulchrior est veritas Christianorum, quam Helena Graecorum. S.
P. Aug. Epist. ad Hier.

DOMINICA PALMARUM.

HAc die potest fervidus praeco ad commovendos Auditorum animos de amarâ Domini
JESU Passione differere, pro hoc suppeditabit materiali Caput de Gratitud. Vide
fol. 303, usque 313.

Sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet.
Isa. 53. v. 7.

O Homo, vide peinas, quibus afficior: Vide clavos, quibus confodior: cum sit
dolor tantus exterior, interior est planetus gravior, cum tetam ingratum experior. S. Bern.
in quad. serm.

DOMINICA RESURRECTIONIS.

Maria Magdalena, & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata. Marc. 16. Extollatur
hac die laudatissima feminarum devotio, & licet pauper sexus multa lilia numeret inter
lilia, nilominus multæ plentissimæ mulieres magna merentur præconia. Vide in Indice rerum
secundum lit. H. Heurathen.

Sicut sol oriens Mundo in altissimis Dei: sic mulieres bonæ species in ornamentum
domus ejus. Eccles. 26.

**DOMINICA POST PASCHA, SIVE DOMINICA
IN ALBIS.**

Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, non credam. Ioann. 20. Ex hac Thomæ
incredulitate quodammodo multi sunt, qui protervè credere recusant, nisi omnia fidei
Mysteria quasi manibus palpant, cum tamen in scrutandis hisce arcanis talpæ instat excutia-
mus. Vid. fol. 152, usque 156.

Qui scrutator est majestatis, opprimetur à gloria. Prov. 25. v. 27.
Quæ Deus occulta esse voluit non sunt scrutanda; quæ autem Manifesta facit, non
sunt negligenda, nè & in illis illicitè curiosi, & in his damnabiliter inveniamur ingrati. S.
Prosp. de vocat. gent.

*Cynthia quo proprior Phabo, tenebrosior inde,
Proxima Majestas lumina nocte premit.
Salvar. Carduc.*

DOMINICA II. POST PASCHA.

Bonus Pastor animam suam dat pro ovibas suis. Ioann. 10. Merito laudandi sunt tot ze-
losi animarum Curatores, nilominus in statu sacerdotali sunt, quandoque nonnulli nimis
illorum obrectatores. Vid. fol. 138, usque 151.

Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit. Luc. 10. v. 16.
Sacerdotes Christi Vicarii sunt, & qui honorat sacerdotem Christi, honorat Christum,
& qui injuriat sacerdotem Christi, injuriat Christum, cuius est Vicarius, & Sacerdos. S.
Chrysost. hom. 17. in Matth.

DOMI-

Index Concionatorius.

DOMINICA III. POST PASCHA.

Cum autem peperit puerum, iam non meminist pressura, propter gaudium. *Ioan. 16.*
Quorundam Parentum gaudium hoc diuturnum non est, quando per nimiam Patris
aut Matris Indulgentiam filij filieq; in turpia vita deflectunt. Vid. fol. 116. usque 123.

Qui parcit Virgæ odit filium suum, qui autem diligit illum, instanter erudit illum:
Proverb. 13.

Disciplina in duo dividitur, in Correctionem & Instructionem, quarum primum ti-
more, secundum amore perficitur, S.P. August. lib. de Morib. Eccl.

Multa feras, faciasque puer, nec sudor & algor,

Dimoveant duri ferre laboris onus.

Nec te Vincula pati pigeat, nec verba regentis,

Ut cursu metam liberiore petas.

Copula sic viuulas solvit prima arcta Molosso,

Ve capiant caleres per iuga summa feras.

Paul. Macr. Emb. 24.

DOMINICA IV. POST PASCHA.

Arguet mundum, &c. de Judicio. *Ioan. 16.* Opportunum hic erit differere, de temera-
rio Judicio, in quo multa opera hominibus videntur prava, quæ tamen coram Deo
sunt iusta, aliter enim Christus, quām hominum litorum judicat. Vid. fol. 363. usque 380.

Nolite ante tempus judicare, donec veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita
tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. *I. Cor. 4. v. 5.*

Stulti tantò intensius de alieno judicant, quantò sua profundiùs ignorant. S. Greg.
in Moral.

Cum tua perfidias oculi mala lippus in unctus,

Cur in amitorum virtus tam cernu acutum!

Terent. in Haut. lib. I. sat. 3.

DOMINICA V. POST PASCHA.

Non scimus, quia seis omnia. *Ioan. 16.* Brevis hicce textus nobis innuit continuam supre-
mum Numinis praesentiam, cuius divini oculi aciem & faciem nemo mortalium subterfu-
gere potest, proinde veritati consonum non est, quod Germanorum minus cauta dicacitas
blaterat, Gedancken seyn Zollfren. Vid. fol. de Praesentia Dei, 244. usque 258.

Nonne Deus requiri etia? Ipse enim novit abscondita Cordis. *Pf. 43. v. 22.*

Cum à Deo non credimus nos videri, in sole clausos oculos retinemus, illum à nobis
abscondimus, non nos illi. S. Greg. I. 15. Mor. c. 5.

DOMINICA VI. POST PASCHA.

Abisque Synagogis vos faciunt. *Ioan. 15.* Sunt non diffiteor multi, qui seipso absque Sy-
nagogis faciunt: ji videlicet, qui tanquam apostatae ab Ecclesia & Religiosis ceteris
se turpiter segregantes deficient, ac proinde ex reverendis Patribus reverendi Parentes eva-
dunt, ob hoc tamen non deberet. Ordo totus iniuste traduci, cum constet floridissimum
etiam rosetum spinis non carere. Vid. de Relig. fol. 138. usque 151.

Sicut avis transmigrans de nido suo, sive vir, qui derelinquit locum suum. *Prov. 27.*

Quia jam te vovisti, jam te abstinxisti, aliud tibi facere non licet, non talis eris, si non
feceris, quod vovisti, qualis mansisse, si nihil tale vovisses. S.P. Aug. Ep. ad Armen.

X)(X)

D O-

Manet in

ABRAHAM

Clara

Iudas

1651

Index Concionatorius.

DOMINICA PENTECOSTES.

Si quis diligit me, sermonem meum servabit. *Ioan. 14.* Sacratissima hæc festivitas fulget signis linguis, quia in harum forma Spiritus S. supra vertices Apostolorum apparuit, erudiens nos, ut lingue nostræ spiritu charitatis plena non nisi bona de Deo, & proximo loquantur, sed proh dolor; contrarium diurna probat experientia. v. f. 380. de detr. 386.

Cultodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodest, & à detractione parcite lingue: quoniam os mentiens occidit animam. *Sap. 1.*

Linguam nullus hominum domare potest, homo domat feram, & non domat linguam. Domat leonem, & non frænat sermonem, domat ipse alios, & non domat se ipsum. *S. P. Aug. lib. 1. de verb. Dom.*

*Nil melius lingua, lingua nil peius eadem,
Triflia cum dulci toxica melle gerit.*

DOMINICA SS. TRINITATIS.

Entes ergo, docete omnes gentes baptizantes eos in Nominis Patris, & Fili, & Spiritus Sancti. *Matth. 28.* Forma & firma hac de Panegyricum in honorem SS. Triadis demonstrando, qualiter tres hæc divinissimæ Personæ, Perlonam tuam atque meam ab omni malo custodian, serviet ad hoc Conc. de SS. Trinit. fol. 290. usque 302.

In illa summa Trinitate tantum est una, quantum tres simul, nec plures aliquid sunt duæ, quam una. *S. P. Aug. lib. de Trinit. c. 10.*

*Est Deus, alta fides, unus Trinus, & trinus unus, Nam Pater & Genitus, quoque S. Spiritus idem
Personæ propriæ sunt tribus, unus apex.
Sic tribus est unum Ius, opus, ordo, thronus.*

Venant Fortun: lib. 3. v. 373.

DOMINICA I. POST PENTECOST.

Nolite judicare & non judicabimini. *Luc. 6.* Ex horum occasione ostende facta proximi in saniorem & sanctiorem partem esse sumenda, cum temeraria hominum Judicia ut plurimum errori & livori subjecta sint. *Vid. f. 363. de Jud. temer. usq; 380.*

In via fultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes fultos affluit. *Ec. 10. v. 3.*

Quid perdo, si credo, quia bonus est? si incertum est, utrum sit malus, licet quidem ut caveas, ne forte verum sit, non tamen dannos tanquam verum sit. *S. P. Aug. li. 2. c. 18.*

DOMINICA II. POST PENTECOST.

Et cœperunt omnes simul se excusare. *Luc. 14.* Quam rari moderno tempore occurunt, qui conviviis se excusant, imò non pauci sunt, qui se ultroneè intridunt, ubi se ad summum usque ingurgitante. Vide in Indice rerum secundum lit. V. *Bossuissen.*

Attenite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula & ebrietate. *Lu. 21. 34.*

Ebriosus, cum absorbet vinum, absorbetur à vino, abominatur à Deo, despicietur ab Angelis, deridetur ab hominibus, destituetur à virtutibus, confunditur à dæmonibus, conculcatur à bestiis. *S. Ambr. lib. de Pœnit.*

*Vino forma perire, Vino corrupcitur etas,
Vino sapè suum necit avicca virum.
Præpart. lib. Eleg. ult.*

DOMINICA III. POST PENTECOST.

Et cum inveneris eam imponit in humeros suos gaudens. *Luc. 15.* Deperdita & rursus inventa oviæ humoris imponitur, ne rursus habita occasione in desertum auffugiat,

Index Concionatorius.

nam peccatores habituati difficulter emendantur, emendati verò ad relapsum pronissimi sunt & promptissimi. Vide de mala consuet. fol. 223. usque 234.

Adolescens iuxta viam suam, etiam cùm senuerit, non recedet ab ea. Prov. c. 22. v. 6.

Ulitata culpa obligat in eum ut nequam posse surgere ad rectitudinem; conatur, & labitur quia ubi diu sponte persistit, & ibi, cùm noluerit, coacta cedit. S. Greg. lib. 4. Moral.

Intra in nassam nulo conamine piseis, Sic via proclivis viii quā posse reverti,

Inde revertendā cui via nulla datur, Ingressum, proprio non datur auxilio.

Ludovic. Novar.

DOMINICA IV. POST PENTECOST.

PER totam noctem laborantes. *Luc. 5.* Sudetur labor, laboriosa sedulitas, per quam homo coronatus in cistis (sanis dicain) coronam in cælis sibi comparat. *V. f. 332.* usque 338.

Labores manuum tuarum, quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. *Pl. 127. 2.*

Homo ad laborem nascitur, & avis ad volatum, quia inde mens ad summa volat, unde caro in infusis diutius laborat. *S. Greg. lib. 7. mor. c. 6.*

Thei auros aperit glebas, dum verrit aratum, Aurum sive optas, apicem seu queris honorum.

Abstrusa terra hinc foduntur opes, Hac indefessos datique dabitque labor.

Paul. Mor. E. 6.

DOMINICA V. POST PENTECOST.

Omnia qui irascitur fratri suo, reuertit judicio. *Mattib. 5.* Ostende, quām levi sepe ex causa quanta ira exardecitat, & levidensis scintilla in summè nocivas flammas erumpat, præcipue apud zelotypos, quorum grylli seu crabrones Pharaonicis muscis multò infestiores. *Vid. fol. 134.* usque 137.

Dura sicut infernus simulatio. *Cantic. 8. v. 6.*

Sibi ipsis imperare non valent iracundi, & qui à furore & ira vincuntur, similes sunt navi, quæ in media tempestate à gubernatore deslita submergitur, undiquaque procellis in eam ingressis; ira enim quasi fulmen, & tempestas quædam in animam irruit, servientibus sibi stupidum & amentem reddit. *S. Chrys. Scrm. de mans.*

Pertinet ad faciem rabidos compone mores: Ora tument, ira nigrecent sanguine vene,

Candida pax homines, trux decet ira ferax. Lumina Gorgoneo sarcivus angue mitant.

Ovid. de arte ama.

DOMINICA VI. POST PENTECOST.

UNde istos poterit quis hic saturare panibus in solitudine? *Marc. 8.* Occasio est objurandi eos, qui de immensâ Dei providentiâ dissidentes, in sustentanda vita nimium anxiis marcescunt curis, hinc non alio honestiori insigniuntur titulus, quā vulgo Lohseigen. *Vid. fol. 196.* usque 210.

Dominus regit me, & nihil mihi derit. *Ps. 22.*

DOMINICA VII. POST PENTECOST.

Attendite à falsis Prophetis. *Mattib. 7.* Inter hos tenebriones etiam numerandi sunt adulatores (per anagrammatum laudatores) quorum officium sive vitium est vulpinâ cauda veritatem fancire; hoc hominum genus pierumque palatum suum in Palatiis implere solet. *Vide fol. 83.* usque 100.

Meliora sunt vulnera diligentis, quām fraudulenta oscula odientis. *Prov. 27.*

X X X 2

Quid

Manet in

ABRAHAM

Clara

Iudas

1651

T

Index Concionatorius,

Quid Adulationis unctio nisi donorum emunctio? quid commendationis allusio, nisi
Prælatorum delusio? quid laudis arrifio, nisi corundem derisio?

Alanus de complac. Natur.

Lingua affentatrix vitium peccantis nervos;

Et delectatum Crimine laude ligat;

Nulla sit ut lafo raparanda cursus salutis,

Blanditur fonte, dum male suasti honor.

DOMINICA VIII. POST PENTECOST.

Et hic diffamatus est apud illum quasi decessisset bona ipsius. *Luc. 16.* Ille villicus non erat
villis fur, utpote harpagando bona aliena transgressor factus est septimi præcepti non
furiū facies, habet tamen hicce Scholaris multos condiscipulos, qui Ablativum non pos-
sunt declinare. Vide fol. 174. usque 192.

Maledictum & Mendacium, homicidium & furtum inundaverunt. *Of. 4. v. 2.*

Nemo habet in justum lucrum sine iusto damno lucrum in arca, damnum in consci-
entia. *S. Prosp. Ser. II.*

Latronum finis funis mors ultima merces:

Furca caput fures, hinc puto nomen habet,

At multi evajerent dabit Deus his quoque funem,

Rarus funesto fur sine fune perit. Soven.

DOMINICA IX. POST PENTECOST.

Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. *Luc. 19.* Locus hic idoneus est tractandi de
curiositate humana, quæ inuleoties arcana Dei Judicia exenterare præsumit, non
perpensa hominis signavia, cum tamen Nos similis in cœla & casu talpis & salpis non ab-
similes sumus. Vide de curios. fol. 152. usque 167.

Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus, quis po-
terit scrutari vias ejus? aut quis audet ei dicere operatus es iniuriam; *Job. 36.*

Judicia Dei obscuritate nequeunt conspici, tanta humilitate debent venerari. *S. Greg. lib. 26. Moral. c. 2.*

DOMINICA X. POST PENTECOST.

Ejuno bis in Sabbatho. *Luc. 18.* Gloria inanis inania reddit bona opera, nam sicut sub-
ducto cortice rami arescunt, sic bona facta arrogantium, humanis oculis ostensa siccantur.
Hinc nullum serulum Dco melius sapit, quam bonum opus velatum, *et in veritate Spif.*
Vide fol. 275. usque 278.

Attendite ne Justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis.
Matth. 6.

Fugiamus inanem gloriam, dulcem spiritualium operum spoliaticem, Jucundum
animarum nostrarum hostem, tineam virtutum. *S. Chrys. Hom. 17. ad Rom. confit.*

DOMINICA XI. POST PENTECOST.

Et apprehendens eum de turbæ orfum. *Marc. 7.* Instruit nos facer iste textus ut pari pacto
de turba seorsim ducamus, cum turba ut plurimum mentem turbare soleant, quia
quoties bonus malo conjungitur, raro ex bono malus melioratur, sed quasi semper ex malo
bonus contaminatur. *Vid. fol. 157. usque 174.*

Qui

Index Concionatorii.

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea, & qui communicaverit superbo, induet superbum. Eccl. 13.

Sicut bona multa habet communis vita Sanctorum, sic plurima mala affert societas malorum. S. Isid. lib. 2. folilog.

— Sicut gressus totus in agro
Unius Scabie cadit, & porragine Porci,
Vt aqua conspecta livorem ducit ab uva.
Hoc scio pro certo, quoties cum stercore certo,
Vincor seu vincor, semper ego maculor.

Inven. sat. 2.

DOMINICA XII. POST PENTECOST.

Diliges Dominum Deum tuum, &c. & proximum sicut te ipsum. Luc. 10. Moderno tempore Julius transit in Decembrein, quia Charitas in Deum & proximum fermé tota frigescit, & amori amara succedit invidia. Vide fol. 35. usque 69.

Invidiā diaboli Mors introivit in orbem terrarum, imitantur autem illum, qui sunt ex Parte illius. Sap. 2. v. 24.

Tantos invidus habet justae poenae tortores, quantos Invidiosus habet laudatores. S. Prosp. lib. 3. de Vit.

Non est inuidia magia inexerabile monstrum,
Hoc tamen usque boni pestina pestis habet.
Nam quemunque tenet, panis hunc torquet acerbis.
Et vitium vitio conterit ipsa suo.
Ulrix ipsa fui est, seque ultiscitur ipsam.
Pœna nec inuidia triplior inuidia est.

Benedicta Sossag. l. 3. Epigram.

DOMINICA XIII. POST PENTECOST.

Nonne decem mundati sunt? & novem ubi sunt, &c. Luc. 17. Ingratitudo dicit Grammaticus est gen. Fceminini; Ingratitudo dicit Thelogus est gen. Communis. Ex decem sanatis unus tantummodo gratus exitit, novem cæteri communis Ingratitudinis vitio notati sunt. Vide fol. de Ingrat. 285. usque 289. item 309. usque 313.

Filios enutrivi, & exaltavi, illi autem spreverunt me. If 1. v. 2.

Ingratitudo est inimica animæ, Exinanitio Meritorum, Virtutum dispersio, Beneficiorum perditio, Ventus urens, siccans sibi fontem Pietatis, rorem misericordie, fluentia gratiae.

Pertusum vas est ingratius homuncio semper,
Onne quod infundis, perficit in nihilum. Horat.

DOMINICA XIV. POST PENTECOST.

Ne solliciti suis anima vestra, quid manducetis. Matth. 6. Quomodo sollicitudo hominum propano quotidiano curanda? & quam magnam Deus curam gerat erga parvum & magnum Mundum. Vide de Provid. fol. 196. usque 210.

DOMINICA XV. POST PENTECOST.

Hil autem qui portabant, fuerunt. Luc. 7. Quatuor hi Bajuli sunt quatuor Elementa, quibus homo constat, & illa sunt morborum aliorumque malorum causa, qui per peccatum homini infensa sunt facta. v. de pecc. f. 315. usque 359.

DO-

Manet in

ABRAHAM

Clara

Iudeas

1651

II

III

IV

V

VI

VII

VIII

IX

X

XI

XII

XIII

XIV

XV

XVI

XVII

XVIII

XIX

XX

XI

XII

XIII

XIV

XV

XVI

XVII

XVIII

XIX

XX

XI

XII

XIII

XIV

XV

XVI

XVII

Index Concionatorius.

DOMINICA XVII. POST PENTECOST.

Eipso obserbabantur. *Luc. 14.* Obseruant plerumque seculares Religiosum hominem, & maximè Concionatorem; ut in eo nāvum quandam deprehendant, quem postmodum plenis buccis in publicum deferrunt. Vide fol. 380. de Detrac. usque 397.

Magister, quod est Mandatum magnum in lege: *Matt. 22.* Suedetur hic non solummodo fuga mortalium, sed etiam venialium peccatorum, nam revera gutta cava latidem, non vi sed sepe cadendo. Vide fol. 211. usque 213.

Quis pernit modica, paulatim decidet. *Eccl. 19. v. 1.*

Fugiamus modica mala, magna siquidem ab illis nascuntur. *S. Chrysost. in 2. Rom. 7.*

*Ergo cave, ne vel labes tenuissima mentem,
Inficias, minima que etiam procul abice noxas.
S. Greg. Nazianz in precept. ad Voig.*

DOMINICA XVIII. POST PENTECOST.

Vade in domum tuam. *Matt. 9.* Wade in domum tuam, & non in alienam, ubi perfriri frontis foeminae præbent occasionem labendi. Imitare testitudinem, nullibi secundum, quam sub tecto suo, in alienis muris potissimum, alieni etiam mores imbibuntur. Vide fol. 157. usque 174.

Qui amat periculum, peribit in illo. *Eccl. 3. v. 27.*

Sepe occasio voluntatem peccandi fecit, & facit, quis colligabit ignem in sinu suo, & non comburetur? ignem & stupra in unum posita flammæ nutrunt. *S. Bern. de Mod. benè vivend. c. 50.*

*Non facile esuriens posita retinebere mensa,
Et multum satiens, incitat unda sciam.
Non facilè est Taurum visa retinere Invencā,
Fortis equus visa semper adhincus equa.
Ovid. l. 2. de Remed.*

DOMINICA XIX. POST PENTECOST.

Et misi servos tuos vocare invitatos ad nupias. *Matt. 22.* Sacra est institutio, Sacra est dignitas, sacer quoque finis Matrimonii, sed nuptorum valde periculosa est disparitas, hinc serio & serio ponderandum, qualis ducenda Uxor, ne loco Veronica, Venenum, loco Helenæ lena acquiratur. Vide de Matrimonio in eund. fol. 10. usque 35. item 124. usque 137.

Mulierem fortē quis inveniet? procul, & de ultimis finibus pretium ejus. *Proverb. 31. ver. 10.*

Satage, ut conimodam & modestam, & obsequentem Uxorem ducas. Nam si dominum & servos empturi diligenter, & curiosè sciscitamus, & perserutamus; multò magis Uxorem ducturos tantam, ac longe maiorem etiam providentiam gerere oportet; Dominum enim vitiosam & servum licet reddere venditori, Uxorem vero dimittere non licet. *S. Chrysost.*

Quām

Index Concionatorius.

*Quām male inaequales veniunt ad aratra Iuvenci.
Tam Iuveni magna ē Coniuge nupta minor.
Non boner est; sed onus species laura ferentes.
Si qua voles apē nubere, nube pari.*

DOMINICA XX. POST PENTECOST.

Creditis ipse & domus ejus tota. *Iean. 4.* Meritò depraedicanda est fides hujus Reguli; quem etiam laudabiliter secuta est tota sua familia; Quorundam vero fides (secus dicam) superflitio arguenda est, quando fidem somnis adhibent, quamvis etiam non omnia somnia sint parvi pendenda. Vide de somnio, fol. 1, usque 10.

Per somnum aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina, ut avertas hominem ab his, quæ facit. *Job. 33. v. 15.*

Aut enim ex plenitudine vel inanitate Corporis somnia existunt, aut ex antecedentibus diurnis Curis, aut ex illusione Dæmonis, aut ex cognitione hominis simul, & illusione dæmonis; aut ex revelatione Dei, aut denique ex cognitione hominis simul, & relatione Dei, *Div. Greg. lib. 8. Mor. c. 13.*

*Omnia que sensu volvuntur vota di uno,
Tempore nocturno reddit amica quies,
Venator defessa thore cum membra reponit,
Mens tamen ait sylvus & sun lustra reddit;
Venaque nocturnis meta caveatur equis, &c.
Claudianus*

DOMINICA XXI. POST PENTECOST.

Rede, quod debes. *Matt. 18.* Disuadetur debitoribus & rei alienæ possessoribus obstatio ad restitutionem, frustranea est enim absolutio quam non sequitur restitutio, hinc Senior Tobias commendatur à restituendi sollicitudine, quando balantem hadum caprarum præ foribus suspicabatur furivum, quapropter illicito dixit videre ne forte furivus sit, reddite. *Tob. cap. 2.* Vide de furto & restitu. fol. 192, usque 196.

Reddet omnia quæ per fraudem voluit obtinere, *Integra*, *Levit. 6. v. 4.*

Si res aliena propter quam peccatum est, cum reddi possit non redditur, non agitur penitentia, sed singitur; si autem non veraciter agitur, non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum. *S. P. Aug. ad Maced.*

DOMINICA XXII. POST PENTECOST.

Alli obtulerunt ei denarium. *Matt. 22.* Lusores quandoque in tantam rediguntur in opium, ut nullum amplius possint ostendere denarium, ac proinde lusus non solum remissionis causa est, sed multoties etiam temporalium bonorum jacturam facit. Vide fol. 326, usque 332.

Non scindamus eam sed sortiamur de illa, cuius sit. *Joan. 19.*

Non est quasi aliquid vitium, quod reddit homines ita infames, & abominabiles, sicut ludus. *S. Antonin. cap. 13. §. 6.*

*Ludens enim genuit trepidum certamen & iram,
tra truces Inimicitias & funebre bellum,
Horat. 1, Epist. 20.*

DOMI-

Manet in

ABRAHAM

as Clara

Iudas

1651

171

Index Concionatorius.

DOMINICA XVIII. POST PENTECOST.

Sicut facta est multorum ex illa hora. Matth. 9. Mulier in Civitate peccatrix fana ac sancta facta est, dum flaret retro secus pedes IESU, & eos lacrymis rigare coepit, hinc colligere licet, quanta sit visus efficacia lacrymarum. Vid. fol. 397. usque ad finem.

Reinittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Luc. 7.

Christus ordinavit duas vias ad Paradisum, scilicet Innocentiae & Pœnitentiae prima, quæ ivit per viam Innocentiae fuit Virgo Maria, & ipsam sequuntur omnes Innocentes, ipsa portat vexillum. Prima persona, quæ primo ivit per viam Pœnitentiae, fuit Beata Maria Magdalena. S. Vincent. Ferrerius, serm. de Magd.

Magdala Moreales quibus illaquearant amantes.

Ausa Deum passis illaqueare Camis.

Dnm jacit annatos sacra in vestigia Casses.

Prædatrix præda præda sit ipso suo.

Martini Bertini. l. t. Ev.

DOMINICA XXIV. POST PENTECOST.

Surgent enim Pseudo Christi & Pseudo Prophetæ. Matth. 24. Fuliginosa fæx Cingatorem aliquique similes Impostores Ægyptii multas incutas Juvenculos seducunt, adeoque non cuivis Hypocritæ aut alastori credendum est, sunt etenim aliqui, qui tutulum sanctitatis propter vitulum ambiunt, tales autem non aliud sanctitatis fortuntur nomen, quam vulgo stigmati Hellige. Vid. fol. 270. usque 279. item fol. 337. usque 340.

*Copiosiores Materias pro quavis Dominica reperiæ in
INDICE RERUM.*

Omnia hæc ad gloriam & laudem Omnipotentis Dei,
necnon proximi ad salutem celeri calamo exarata. Censura
S. Romanæ Ecclesiæ Piorum Doctorum judicio
subiecta esse, omnino volo ac
declaro.



Elsceren